

§. XXXVI.

Subruto igitur & penitus everso Orationis Dominicæ fundamento gemino non potest non tota ejus structura magnâ ruinâ cadere, ut ulteriori per singula membra probatione res non indigeat. Verùm enim verò cum proœmium, & omnes partes perlustrare antea sumus polliciti, promissis stare necesse nos arbitramur.

CAP. III. DE EXORDIO ORATIONIS

§. XXXVII.

Recto igitur itinere ad *exordium* s. proœmium ut gressus nostros dirigamus, quod ita habet: *Pater noster qui es in cœlis*: ejus ab Ursino (animus enim adhuc nobis est Calvinianus quàm maxime sequi) in Catech. p. 852. duæ constituuntur partes (1.) compellatio veri DEI: *Pater* (2.) *ejus descriptio*. *Qui es in cœlis*. *Pater noster dicitur* pergit Ursinus, *ratione* (1.) *creationis*: (2.) *redemptionis* (3.) *regenerationis*. Eadem vide apud Danæum in expol. Orat. Dominicæ p. 212. Bulling Catech. p. 106. Calv. Instit. l. 3. c. 20. §. 36. Polanum in part. Theol. p. 175. 176. & Synt. Theol. p. 613. Zgeged. in Tab. 293. & 294.

§. XXXIIX.

Rectè hæc quidem dicuntur omnia; & quidem quoad *primam Patris notationem*, egregiè cor suam paternum demonstravit Deus, quod nos omnes in Adamo ad vitâ æternam, cū justitia & sanctitas, quæ formaliter imago Dei, individuo nexu cum vita æterna cohaereant, ut conceditur à Calvin. l. 3. instit. c. 15. creaverit vide latè diff. ten. è On. D. Apol. §. 6. Taufner. in Disp. 2. & seqq. Quoad *alteram Patris notationem* nempe ratione

G

redem.